



De constitvendis scholis

<https://hdl.handle.net/1874/416857>

39
4

DE CON
STITVENDIS SCHO
LIS MAR. LVTHERI
Liber donatus
Latinitate

*Haganoæ, per Iohannem
Seccerium.*

ИОАН

Богослужебникои икона

Симеона ильи и святых

апостолов

Симеона

и апостола Павла

Симеона

и апостола Павла

Симеона



SOPHIL.MEL
ANCHTHON STUDIO
SIS OMNIBVS .S.



ID ETIS adolescentes com-
mendari uobis literarum &
humanitatis studium à LV
THERO , cuius si qua est
auctoritas apud uos, patia-
mini queso, publicæ necessi-
tatis causa, à uobis impetra-
re, ut rem literariam strenue tueamini . Est enī
omnino uis maior literarum, quā uulgo existimāt .
neq; enim religionis ornamentū aliud splendidius
est, & cuius rerū status prorsus è literis pendet .
Bona pars eorum qui uim uirtutis nec norunt, nec
admirantur, desertis scholis ad questuosas artes se
conferunt. qui, cū præ literis uentris bona habeāt,
quantulū distant à pecoribus ? Alij superstitione
desciscunt à literis, & ignauie sue religionem præ-
texunt, hi uero omnibus modis execrandi sunt: nulli

enim religionem grauius laedunt, quæ cum literis
mandata sit, nonnullam discendarum literarum cu-
ram requirit. Linguis loqui & Paulus iussit, idem
præcipi uobis sentiatis, neq; enim dubium est, quin
in hoc resfloruerint humanæ literæ, ut adminiculu-
m essent pietatis doctribus. Linguas profecto præci-
di oportuit ijs, qui pro concionibus passim à lite-
rarum studijs imperitam iuuentutem dehortantur.

Nam admissa barbarie, uidemus olim labo-
rataam esse religionē, et uehemēter
metuo ne eodem redeat res,
nisi manibus ac pedibus
pulcherrimum Dei
munus, literas,
defenderimus.

Valete.



MAGISTRA
TIBVS ET SENATORIBVS
CIVITATVM GERMA
NIAE, MARTINVS
LVTHERV.



RATIAM et pacem a Deo
patre nostro et domino Iesu Christo. Quamvis iam
ab hinc triennium cum a
Pontificibus dbris deuotus,
tum a Cesare proscriptus
no inuria tacuisse, si quae
præcepta diuina humanarum constitutionum fermentum
maioris aut ponderis aut momenti apud me
fuerit. Quemadmodum non paucos in Germania
cernere est, & ex magnatibus & vulgari plebis
multitudine, hoc ipso saltet nomine scripta mea
nulla adhuc æquitate carbone, quod auunt, notata
persequi, multumq; Christiani sanguinis passim

A iij

LUTHERI LIBELLVS

effundere. Verum tamē quia Deus Optimus M^{aximus} aperto ore loquendi autoritatem mihi trādit, ad hæc manu tamē potenter me loquentē præsens tūctur, negotiumq; meum, uel me inuitō indies magis magisq; diffundit latius, tantoq; firmat potētius, quanto miseri aduersum hoc furunt impotētius. Non secus se exhibens, ac si illorum irritam rideat uesaniam, ut est in secundo Psalmo. Quod uel ipsum argumēto esse potest, homini nō prorsus indurato, aut fibræ cornæ, negotium hoc non esse meū, sed Dei solius. Præsertim cum uerbi diuinū uirtus & indoles genuino more suo hic se promat, q; tum potissimum crumpit, exurgit, robora tur, quum tyrannicis persecutionibus adficta laborat maxime.

Proinde loquar, ut inquit Isaias, nec tacebo quo ad uixero, donec Christi iustitia fulguris instar elucescat, & gratia eius salutifera lampadis in momenū incensa ardeat. Quapropter obsecro uos Dominos et amicos meos charissimos, uestra benignitas uelit hæc mea scripta & monita boni consulere, & sensibus imis reponere, nam utut de me int̄mici sentiant, tamen hoc liquido salua conscientia coram deo gloriari posse confido, me nihil minus
hac in-

DE INSTIT. P VERIS

hac in re quam priuatum quæsse compendium,
quod muto mihi longe contigisset compendiosius.
Verum ex animo bene uolo consultum cum uobis
tum uniuersæ Germanie, in qua me dominus
Prædicare Euangeliū uoluit. Quare dico libere et
confidenter, atq; adeo edictū uolo, quod si consilijs
meis obtemperaueritis, procul dubio, nō mibi, sed
Christo auscultaturos uos. Porrò eum qui mthi
grauatur obsequi, non me, sed Christū contempse-
re, cum probe perfectum habeam, nihil hesitans
quid loquar aut doceam, sed & hoc quisq; non
difficulter deprehensurus est, qui propius accura-
tiusq; doctrinam meam inspicerit.

Principio uidemus per totam pāsim Germaniā
scholas collabi, gymnasia studio fororum infrequētia
frigere, monasteria Monachis profugis deserī.
Et arescit hoc genus graminis tum flos concidit,
ut inquit Esaias, spiritu sancto per uerbum eius in-
flante, tantoq; euangelij feruore aestuante. Postea
quam uerbo dei reuelato palam fit primū impia
didicisse, deinde soli uentri & gula deditas fuisse
scholas. Cumq; animaduerant homines carnales
non perinde occasionem esse relictam, posse hac
liberos & amicos suos includendi monasterijs

LUTHERI LIBELLVS

honesta ratione ac prius, ex aedibus uidelicet & substantia propria ad aliena præsepio ablegatos, ubi fucorum exemplo ignava pecorum aliorum sudorem deuorant, nolunt in posterum liberos suos literis nauare operam. Immo, inquiunt, quo spectat literarum studia, si nihil sunt sacerdotes, nihil monachi, moniales nihil? Quin potius opificijs manuarijs, quibus uiuant, incumbant.

Quam uero tales homines pietatem mente conceperint, abunde testis est illorum conscientia. Qui si non hoc unum spectassent, ut liberorum uentri prospectum esset, uictu nimirum ad manū parato, siue in uariozioz aliouie religiosorum statu atq; adeo potius serio liberorum salutem quæsissent, profecto non sic negligenter compressis manibus uicti ignavia dicerent. si status religiosorum mera est impostura & impietas, & literis ualere obnunciemus. sed sic potius, est uero uerum quod docet Euangelium, statum ecclesiasticū, ut hactenus fuit, periculose esse, amabo obsecro aliam nobis uendi rationem et uiam indicate, Deo acceptiore, et liberis nosris magis salutarē. siquidem ex corde cupimus nedum natorum nostrorum uentri, uerū etiam animarum saginae quam optime consultum esse.

DE INSTIT. PVERIS.

esse. Hæc tandem uera esset maiorum in liberos
cura, ad hunc modum hisce de rebus sentire.

Quod uero hanc hominum cordibus mundum
unice sapientibus puerorum curandorum negli-
gentiam suggerat Satan, mirum non est, princeps
mundi est. Qui ergo possit illi uoluptati esse, ubi
uiderit nudos suos & lustra euerti, monasteria sci-
licet & reliquam impiorum farinam per Euangelij
prædicationem dissipari, qua potissimum iuuen-
tutem perdidit, quam magni immò quam facit
omnium maximi, nempe que rerum humanarum
prora & puppis, quod aiunt, est? Qui uero
autor ipse foret iuuentutis recte educanda, cui id
demum utile est, illam esse quam deterrimam. Pro-
fecto his stulte desiperet, si suo in regno hoc pate-
retur erigi, per quod quam primum funditus cuer-
tendum esset. Id quod dubio procul usu ueniret,
hoc bolo tam delicato, tenera nimirum iuuenta,
& fauicibus erepto. Dum pati cogeretur iuuentutem
suis impensis eductam, non nisi ad cultū dei foueri.

Atq; hoc est quod prudēter fecisse uidetur iam
tunc cum Christianorum pueri pia educatione pu-
bescentes incumbebant literis. Videbat ueterator
ille, iuuentutē e manibus sibi extortā prorsus crip-

LUTHERI LIBELLUS

Regno suo desolato, incertus animi quid ageret,
collecta tandem mente erumpit, extendit retia,
spargit laqueos, adornat mille pedicas, extructis
huiusmodi scholis, monasterijs, & uiuendi ritibus
exco gitatis, quæ nullus adolescens effugere pote-
rat, quin uelit nolit irretiretur, nisi quæ singularis
Dei gratia præseruasset. Posteaquam uero sensit
laqueos suos uerbi diuini indicio manifestatos esse,
declinas alteri incumbit lateri, modoq; nihil pror
sus esse discendum contendit. Atq; iterum pro re-
gno suo constabiliendo nec male nec imprudenter
facit, tantu ne à signis suis desciscat iuuetus. Porro
si iuuentutem suis stipendijs militante occupauerit
quis tandem deorum aut hominū hanc iam adultā
maturiore etate sibi præripere, eq; manibus extor
quere tentabit, sic facile per hanc mundum tenebit
pacatum & constabilitū. Quippe si damnum infe-
rendum est diabolo, atq; adeo uis facienda, quæ
cū male urat et mordeat, hæc per iuuentutē inferen-
da est, quæ in Dei cognitiōe educata adoleuerit, uer
bumq; eius propaget, aliosq; doceat.

Longe paucissimi sunt, qui credant, quā perni-
ciosum & diabolicum hoc sit institutum, & tamen
sic pede suspenso ingreditur, nemine prorsus
animaduex.

DE INSTIT. PVERIS

animaduertente, nititurq; mulum dare, prius-
quam aut re aut consilijs obstandi detur copia.
Formidamus male turcarum incursions, bellorum
tumultus & latrocinia, diluuiorū inundationes,
quippe in ijs aperte intelligitur quid iacturæ sit
aut compendij. Porrò quid hic moliatur diabolus,
aut monstri alat, nemini curæ est, uidet nemo, ti-
met nemo, ut plane in re periculosisima, simus om-
niū securissimi, in utraq; aurē dormiētes. Quid
causæ subesse credimus, nisi quod sōpitis omnium
oculis sensim & placide serpit? Cum tamen præ-
stiterat & par fuerat, ut ubi ad propulsandam tur-
carum rabiem aureum erogauimus, uel maximo
necessitatis telo compulsi, hic centū insumeremus,
saltem unius adolescentis recte educandi instituen-
diq; gratia, quem in urū uere christianum euasu-
rum spes foret. Quandoquidem uere christianus
homo præstat & utilior est omib; alijs, quotquot
in terra, ut homerice dicam σι τον θεον. Pro
inde per Christū uos obtestor, per iuuentutem re-
ctis educatoribus orb.am, domini & atq; amici
optimi, uestra benignitas dignetur r̄m hāc longe
iustiore ponderare trutina, nec uelit in re grauis
sum accessare negotium. Res seria est, ingens est, &

LUTHERI LIBELLVS

que Christi, uniuersaq; christianitatis plurimū interdit, ut pie, ut christi incducatur iuuentus, nullis auxilijs & consilijs ad recte educandum destituta Persuasum sit uobis non nisi serio his diaboli uerstissimi machinis, sic clandestinis temptationibus occurſandum eſſe. Quod si annuatim tantum impensarum uertendum est ad tormenta bellica conquirenda, ad vias publicitus sternendas, pontes reficiendos, et id genus sexcenta, ut constet recipub. tranquillitas. Quin multo potius plus aut totidem instituenda educandaq; iuuentute Ludimagistros alamus.

Sed & quisq; ciuium priuatim pro ſe debebat hoc in animum inducere. Quod si hactenus pro redimēdis indulgentiarū imposturis, legendis misis, diſoluendis uigilijs, testamentis satisfaciendis, reparandis anniuerſarijs, explēdis monachis, pendendis fraternitatibus, peregrinatiōibus peragrandis, & quicquid huus farine relaquum eſt, tantum nummorum decoxit, & large profudit: nunc uero in posterū hac rapina & profusione liberatus eſt, uelit post hac, agendæ Deo gratiæ cauſa uel ministram eius peccatiæ portiunculam clargiri pro ſcholis publicitus

DE INSTIT. PVERIS

lis publicitus erigendis, educandisq; paupertate
pressis liberis. Quam longe optime erogatam esse
non dubitet, cum tamen in deca^olo plus supra no-
minatis prædonibus erogandum erat prius, quiq;
nos cottidie magis atq; magis exhausissent, extric-
tum etiā teruntū exugentes, nisi hoc lumen Euau-
geliū cœlitus demissum oculis repurgatis nos à talibus
Pyratis liberos adseruisset. Certoq; persuasum ha-
beat, ut si hoc grauatum sit, neminē huius tenacita-
tis parentē esse quām diabolum, qui tum erat libe-
ralissimus, ubi indignis & impīis dandū fuit Mona-
chis & sacrificialis impostoribus, immo plena manus
eō instigabat potissimum esse largiendum. Sentit,
sentit inquam hoc negocij non sui esse fori, adeoq;
compendij. Atq; hæc prima causa sit sibi Germani,
quæ uos merito moueat, uos hac in re reluctari dia-
bolo, et resistere ut hosti clādestino et nocētissimo.

Altera est, ne, sicut inquit Paulus secundo Corin-
thiorum sexto, In uacuum gratiam dei receperi-
mus, et tempus acceptum negligamus. Quippe deus
omnipotens nos tandem uisitauit misericorditer,
atq; adeo annum aureum aut iubileum potius ren-
uexit. Sunt enim sunt nobis modis omnibus adoles-
centes egregie docti, linguarū cognitione, & cœle-

LUTHERI LIBELLUS

rarū artium noticia politissimi, qui magnā ubiq; frē
gē prēstare possint, si illorū pro instituenda pube
conduceretur opera. An non liquet omnibus, iam
posse ephēbum sic institui tribus annis, qui erudi-
tione sua quindecim natus annos aut octodecum,
superior sit omnibus hactenus uniuersitatibus, ut
sic dicā, & monasterijs. Immo quid tandem in
uniuersitatibus traditum est, adeoq; quid didice-
re? nihil pereque ac asinos, truncos, caudices, fun-
gos plumbeos, stupidos esse & fieri. uiginti annos
nonnulli paulo plus studuerunt, nec tamen uel la-
tinæ lingue miserandam quandam tenuerūt balbu-
tiem, sed ne patrum quidem sermonē, flagitosam
interim prætereo uitam, in quam iuuentus immersa
miserabiliter perīst.

Hoc non negauerim, me potius uelle gymnasia
& monasteria in totum aboleri, quām quod ea
utantur docendi uiuendiq; ratione, qua hactenus
usa sunt. Optareq; adolescentes repudiatis literis
mutos esse potius omnes, quām ut has educati de-
ciplina sub talium præceptorum uiuant imperio.
Atq; hæc mea sententia est et uotū, ut hæc asinorū
bipedū stabula, & scholæ diabolicæ funditus extir-
patae, solo æquentur, aut in christianas scholas pia
metamorph

DE INSTIT. PVERIS

metamorphosi transformentur. Quoniam uero
Dei munificentia nunc benigne nos reuisens, homi-
num egregie eruditoru[m] scelicum obfudit copiam,
qui iuuentutem & recte docere possint, & pie edu-
care, operæ preccum esse uidetur, ne gratiam Dei
cumulate datam supina negligentia amittamus, &
ille in nos ingratis ne quicquam collocaſe merito
queri possit. Praeforibus stat, bene nobis eum agi-
tur, si pulsantè hospicio exceperimus, salutat nos
& tanquā à limine, felix ter & amplius, qui salu-
tantem exceperit. Quod si prætereuntem neglexea-
rimus, quis eum denuo ē manibus nostris clapsum
reducturus est.

Consideremus adeo non uitiatis oculis prioris
alignis calamitatem, in qua uisu capti plus quin-
gentis annis miseri uersati sumus. Opinor Germa-
niā ante hac nunq[ue] tantum audiuisse de Christo,
deq[ue] eius Euangelio & que ac nūc primum, siquidē
nihil horum testantur historiæ. Quod si sic dumise-
runus nullo honore habito, nec gratanti animo
agnoscentes gratiam ultro oblatam, periculum est
ne grauioribus tenebris, plagiisq[ue] non dicendis ob-
ruamur, ingratitudinis uitij deterrimi pœnas datur
i, oscitantisq[ue] negligentia. Mercandum uobis c[on]se

LUTHERI LIBELLVS

censeo Germani, dum mercatum pre foribus ha-
betis ad manum, congregandas in horrea messes,
dum serena sunt tempora, fruimini uero diuina gra-
tia dum presto est. Hoc plane uobis persuasum sit
gratiam Dei cesse perinde ut imbreu subitum, qui non
redire solet temere est, ubi semel auolauit. Atque hic
gratiae diuinae imber largissimus olim apud Iudeos
fuit, uerum fuerunt, quod aiunt, troes. Siquidem
imber preteriit, eruptus est, sic, ut iam omnium sint
miserrimi & contemptissimi. Paulus eundem secum
semel uexit in Græciam, sed huic successit Turca ita
ut preter turcarum barbariem ferre nihil aliud iam
habeat Græcia. Sed et hunc iam olim habuit Ro-
ma latinique populi, ita tamen ut uix uestigium
eius iam restet in tota Ausonia, que preter ab-
ominatione Papisticam reliquum pene habet nihil, &
uos Germani, non est quod cogitatis perpetuo huc
retenturos uos. Quoniam fieri non potest, quin
hunc olim depulsura sit ingratitudo. proinde qui
poterit intacta manu pro uirili teneat, ignavis ma-
nibus Diij malefacent.

Superest ut tertiam aggrediamur ratione, quam
pre ceteris principem esse arbitrorum numerum pre-
ceptum Dei, qui per Mosen tam crebro exigit, &
efflagitat

DE INSTIT. PVERIS.

efflagitat, immo iubet, ut maiores natu liberos suos erudiant, uel teste lxxvij Psalm. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis, ut cog noscat generatio altera. Filij qui nascentur & exurgent, & narrabūt filijs suis. Hoc ipsum confirmat & quartū decalogi præceptum, quo maiorum obedientiam tantopere mandat liberis, quorum reludandi pertinaciam etiam gladij iure animaduertendam esse lex imperat. Cuius gratia tandem uiuimus nos senes, quam quod teneræ ætatis homines curremus, educamus, instituemus. Atq; haud scio num quicquam perinde deceat senem, ac cura donum liberorum ratio. Nec enim possibile est, ut hæc imperita multitudo statim à pueritiæ crepundijs per se patrum sapiat, honeste se regat, prudenterq; uitam instituat. Quamobrem Deus nostræ curæ demandauit, qui ut ætate proiectiores, sic rerum usu eductiores magis intelligimus quæ rudi huic ætatibus utilia aut noxia, amplectenda aut fugienda. Nec dubium est quin grauissimam neglectæ iuuentutis rationem nobiscum initurus sit. Hinc & Moses Deut. xxxij. inquiens præcepit, Interroga patrem tuum et annūciabit tibi, maiores tuos, & dicet tibi. Quamuis pudendum sit facinus eō nobiscum

LUTHERI LIBELLVS

uentum esse negligentiae, ut omnium primum ad libe-
ratorum educandorum curam multis stimulis simus exci-
tandi, cum tamē ad hoc ipsa natura nos plus satis pro-
pensos debebat adigere, uel ethnorum exemplo
prouocatos. Inter uniuersa animantia rationis egen-
tia nullum est prolis sue adeo negligens, quo mi-
nus ea quae necessaria sunt admittret, dēpto stru-
thione, de quo Dominus Iob xxxix. loquitur, qui ea
in pullos suos utatur duritia, ac si sui non essent,
et qui oua sua relinquat temere in terram proiecta.
Atq; adeo quorsum prodesset si ceteris omnibus
partis et peractis uel ipsa sanctiores essemus sancti-
tate, tamen hoc in primis posthaberetur, cuius gra-
tia potissimum uiuimus, curande scilicet uiuentutis
ratio. Ad hæc planè auguror grandiori obnoxium
sceleri coram iudice Deo mundum non esse, præ-
sertim externorum, quam æque huic illi, quodq;
grauius supplicium nihil perinde meretur quam ne-
glectus, quem in puerorum educatione plus satis
securi committimus. Me puer uulgatum in iudicis li-
terarijs iactabatur prouerbium. Non minus esse fa-
cinus scholasticum dare neglectui, ac uirgunculanum
comprimere. Et hoc dicebatur ad deterrendam Lu-
dimagistrorum negligentiam, quod tunc tempo-
ris gradi

DE INSTIT. PVERIS.

vis grauius non reputabatur peccatum, quam uitile
inserre uirgini. Sed o Deum immortalem quanto
tolerabilius est uirgineam zonam dissoluere, aut
mulierem stupro oblato infamare, quam hic negle-
ctam hominis animam uitiare, cuius delicti non mul-
ti ratione recte subducta ducuntur pœnitentia. Quo-
tidie nascuntur pueri, & pari nobiscum conuersa-
tione succrescent, uerum qui horum curandorum
Prouinciam sibi desumeret nemo est. Monasterio-
rum hoc peculiare fuerat officium, cum ea ipsa
 sint, de quibus testatur C H R I S T V S Matthæt
xiiij. Væ mundo ab offendiculis. Qui autem offendit
unum de pusillis istis qui in me credunt: expe-
dit ei, ut suspendatur mola asinaria in collum eius,
ac demergatur in profundum maris. Puerorum pe-
stes sunt, & communis iuuenilis ætatis pernicies.

Atqui dices, hæc dicta sunt natu grædiorib. qd
hæc ad Senatores & magistratus? Probè, Quid st-
aut hoc maiores natu facere recusauerint? cuius hæc
ris tūc hoc oneris incūbit? Num propter ea infectus
hoc remanebit negotiū, et iuuentus neglectui danda
est? Quo tandem excusationis prætextu hic se Ma-
gistratus purgabit, tanquam hæc nihil ad se atti-
nent, nempe ut à Magistratus functione alienas
Quod enun à parentibus non fit, diuersa est

LUTHERI LIBELLVS

ratio. Primum quidem bona pars maiorum impro-
bior est, quam ut facerent, etiam sinorint maxime.
Verum struthionis instar duro & immitti, atq; ut
græce significantius dicā THEO & SOPH erga libe-
ros suos animo, reiecta oua, & ut cunq; producta
sobolem ualere sinunt. Nihilo secius tamen hi pue-
ri nobiscum pubescentes, communi utunur ciuitate
& patria. Ergo qui tandem hoc ferre posse ratio,
adeoq; christiana charitas concedat, ut hi, tanquam
neglectus ager carduis et filice occupatus, omnibus
uitijs obruti, citra rectam educationem succrescant.
reliquæ iuuentuti haud ita diu uenenum & noxia
contagio futuri. Quorum posthabitæ educationis
pœna ciuitati uniuersæ demum luenda sit, id quod
Sodomæ & Gomorrhæ, tum cæteris quibusdam ur-
bibus accidisse sacræ testimonio sunt historiæ.

Deinde longe maxima parentum turba rectæ
educationis imperita, ignorat qua potissimum rati-
one pueri sint instituendi: utpote qui ipsi nihil un-
quam sanum didicere, præter quam habendi cupi-
dinem, & uentri necessaria prouidendi uiam. Ut
ipsa res homines ad hoc peculiariter delectos re-
quirere uideatur, quorum uigilias industria pueros
non tam disciplinis liberalibus excolat, quam Chri-
stiana

DE INSTIT. PVERIS.

stiana uiuendi ratione educat. Postremo, ut maxime parentes aut natu grandiores periti sint, & non grauatum facerent, tamen procurandis rebus domesticis, & administranda familia sunt occupatiores, quam quibus hoc obire commode foret integrum. Sic, ut necessitas ipsa exigat ad hoc muneric publicos puerorum educandorum Pædagogos. Nisi forte quisq; pro se domesticum uelit alere, id quod tenuioribus pergraue foret, atq; per hoc iterum non pauci obstante inopia darentur neglectui. Ad hoc indiges complures senio aut morbis confecti parentes, eiuis excedunt, relictis retro orphanis, quibus quam a tutoribus suis prospiciatur, si non quotidiana periculum satis facimus experientia, uel hoc abunde nobis indicio sit, quod Deus ipse semet orbem pa rentem pronunciet. Sed et multi sunt a Texovi & Lavoii, nec hi tamen hoc pietatis officij sibi obendum uendicant.

Ex rationibus itaq; iam numeratis Senatorum & Consulium interesse uidetur hoc prouinciae, ut summa operam nec curam minorem instituende publici impendant. Quandoquidem aliis totius Reipublic functiones, res, negotia, consilia, horum fidei commissa sunt, certe pro tradito officio aut debito nun-

LUTHERI LIBELLVS

quam satis fecerint Reipublicæ, nisi hanc per omnia diu noctuq; oculis uigilantis unis promouere stiauerint, per hoc quod ex usu eius esse cognoverint. Ciuitatis uero incrementum non in hoc tantum consistit, ut ingentes thesauros habeat reconditos, ut muris probe cincta sit, superbis ædificijs exornata & quod tormentis bellicis, & omnibus armorum genere sit instructissima. Immo potius ubi harum rerum parata est copia, in hancq; stolidi inciderint, & temerarie audaces, tanto peius ei urbi consultum esse uel cæco perficuum est. Verum ut Respublica per omnia secunda floreat ac uigeat, ut salua sit ac potens, in hoc consistit potissimum, ut doctos, honestos, ratione præditos, liberaliter educatos ciues, & quidem non paucos possideat, quorum studium tandem & dexteritas per facile thesauros cumulatim reponere, & reliqua que Reipublicæ necessaria sunt procurare & conseruare poterint.

An non uidemus quid Romani fecerint, qua ratione suos educauerint adolescentes, quos intra annum quindecimum aut duodecimum latinæ græcæq; linguae ad amissim peritos, adhæc omnibus disciplinis liberalibus, quas uocant, præditos statim in militiam compulerunt, tradita in manum reipu-

admiri

DE INSTIT. PVERIS

administrandæ functione. Hinc oriebantur uiri sapientes, egregij, & omnibus seculis memorabiles illi Camilli, Fabij, Scipiones, Pauli, Catones, & reliqui innumeri omniscientiarum genere exculti, nulloq; non rerum usu exercitati, adeo ut si uni illo rum omnes Episcopos, Sacrificulos, Monachos nostrates ad unum conflatos commiseris, non tantum peritiae & bonæ frugis habebunt omnes iumentum, quantum tunc uel unus miles Romanus praestetisset. Et hæc est causa qua Romani, imperij sui fines & pomeria tam late promouerint. Quodq; in rebus penè dixerim uniuersis prospéro usi sint successu, quod homines aderant rebus omnibus obedientis accommodi. Sic uidemus necessitate duro telo ciuctum per orbem uniuersum ex re fuisse Reipub. etiam apud gentiles Pædagogos habuisse & Ludim magistros, si ignavia notam subterfugere decreuerant. Hinc est uox illa ψαλαζρὸς in epistola Paulina ad Galatas capite tertio, ē communis hominum usus recepta, ubi dicit ὁ γόπος ψαλαζρὸς ἀμελῶσέ οὐεν εἰσ χεισόν:

Itaq; cum ciuitatis politica comunio citra ciuitate frequentiam constare non possit, cunque passim

B 111

LUTHERI LIBELLUS

illustrium virorum mira sit paucitas, nequaquam differendum esse opinor, donec ipsi per se excreverint. Sed nec e lapidib. excindi possunt, ueluti Deu calionem lapidum iactu humanum genus reuocasse Poetæ nugantur. multo minus e lignis excalpi, ut à statuarijs imagines. At nequaquam miraculo so par tu tales viros producturus est Deus, posteaquam per alia remedia cælitus data huic rei succurri pos- sit. Quamobrem nostri officij esse quis dubitat, ut hi per nos adeoq; nostro labore & impensis edu- cantur. Quid enim æque in culpa esse credamus quod ubiq; ferè in omnibus ciuitatibus virorum ce lebrium sic carasit annona, quam Magistratus oscitatiā, que nulla & solitudine correpta per miscrit uiuentutem non secus ac syluan uepribus et dumis arbustisq; minutioribus occupatam negligē tissime succrescere. Itaq; nullum protulit lignum ædificiorum compagibus aptum, uerum materiem inutilem, & que non nisi instruendo foaldo sit acc ommoda.

Porro cum necessarium sit omnino rerum pub- licarum administrandarum in rebus humanis esse functionem, committendum non est, ut hanc obca- ant boues Cyprij aut porci Acanthi, hoc est ho- mines brutissimi. Quin potius, quandoquidem ita nolumus,

DE INSTIT. PVERIS.

uolumus, eadem opera Reipub. habenas & guber
nacula tradimus porcis, lupis, & id genus feris, atq;
illis præficiamus qui non magis præoptent ab homi
nibus regi quam à bestijs. Sed & hanc plusquam fe
rinam esse crudelitatem quis cui sanum sit synciput
negabit non nisi ad hunc cogitare modum. Nos iam
regnabimus, parum solliciti utamq; posteris suce
dat. Non profecto in homines debebant imperium
habere tales, sed in belias, qui in publicorum offi
ciorum functionibus, non quid ex usu sit publico,
sed quid rei priuatae seruiat, querunt. Quod si eti
am summa opera impensis curabimus, non nisi op
timos doctissimosq; & tantum liberalissime educa
tos Reipub. gerendæ substituere, adhuc remanebit
periculum ne non prouidissimis etiam concilijs insti
tuta ceptaq; fœlicem successum sortiantur. Qui ue
ro isthic tantum non pessimo tumultu misceantur
omnia, ubi supina securitate stertunt Senatores, aut
Reipub. clauam tenent imperiti & stolidi. Sed &
hic uideo quid possis obijcere, ut maxime inquis,
scholæ sunt habendæ, uerū quo nobis latina græca
& hebraica lingua spectat, & reliquarū disciplina
rum cognitio? An non possumus Biblia in linguam
nobis uernaculam tranfusa legere, quæ nobis copio
se ea quæ ad salutem scitu nece ssaria sunt aperiunt?

LUTHERI LIBELLUS

Respondeo. Iam duduū etatem sciebā nos Germanos non nisi bestias mansuros, quo noīe nunq̄ non à finitimiis regioīibus male audiuimus, nec immerito. Verū hoc miror cur non pari semel dicamus opera. Quo nobis sericū, byssum, purpura, uina exotica, pulueres aromatici, & quicquid præterea peregrinorum est merciū, cū nobis ipsis uinu, frumentorum, lanarū & linu, lapidū domi regiones nostrates nedū copiā ad uiuendū, producat, ueruetiā delectū ad ornandū relinquat. Artes liberales linguarumq; cognitionem, præterq; quod damnosae non sunt, etiā ornatū uberiorē, decus, utilitatē cum ad literas sacras intelligendas, tum ad Reipub. munua občuda sunt allaturae, posthabemus: uerum merces peregrinas terra mariq; adportatas, quibus carcere magno nostro poteramus compendio, utpote funditus nos exbaurientibus ultrō cupimus. An non hoc est esse crassissimo stupore germanam bestiam?

Præterea si linguarum peritia aliis non esset fructus q; quod omnipotentis Dei adeo nobile donū sit, quo Germaniam nostram hac tempestate cumulata liberalitate præ cæteris penè gentibus omnibus donauit, id quod in primis uel solum nostram excitare debebat socordiam, adeoq; titillanti quadam oblectati-

DE INSTIT. PVERIS

lectatiunula sopitum aut torpentem segnicie animū
adficere . Videmus num irum , nisi Tyresia cæciores
sumus , quod his Vnuersitatibus et Monasterijs sem-
per reluctantibus , nunquam emergendi copiam con-
cesserit diabolus . An non subinde contra emergen-
tes lingus , cœu hæresim manifestariam omnibus
furiarum habenis furierunt , atq; incessanter eun-
dem adhuc furorem furunt . Siquidem prospicie-
bat ueterator ille futurum malum , quod regno suo
linguarum cognitio proculdubio esset illatura , ubi
in lucem emersissent , cui multis seculis mederi non
possit . Proinde cum prodeuntibus iam linguis ob-
stare non potuit , cogitat eas ad paucissimos quoq;
religandas esse , ut per se tandem sterili pauci-
tate cogente denuo arescant & concidant , asti-
te . Ac sane parum gratus hospes diabolo lingua-
rum peritia , propætra eudem sic frugali culina tra-
ctare decrevit , ne diutina mansione premat hospi-
tem . Quam ueteratoris nequissimi uasriciem pauci
nostrum sunt qui uideant .

Proinde uiri Germani , tandem mente meliore
recepta exergescimini , ob talem munificentiam

DEO OPTIMO MAXIMO
gratias agētes , ne quod misericordia largitus est .

LUTHERI LIBELLUS

Denuo à nobis ingratis & indignis, auferat. Neq;
enim hoc inficiabimur, quod Euangelium quamvis
spiritus Sancti opera adeo solum uenerit, et uenit
in dies ipso reuelante, tamē linguarum adminicula
potissimum uenisse, per quas etiam incrementum ac
cepit, quarumq; opera etiam posthac retinendum
erit. Non secus atq; quum primum per Apostolo-
rum legationem C H R I S T V S in omnes mundi
angulos Euangelium inuulgare decreuerat, nō pri-
us quam uarijs linguis instructos misit Apostolos.
Ad hæc non in aliud per Romanum imperium ante
longe lateq; græcam & latinam linguam sparserat
quam quod citissime Euangelium suum per orbem
effundi uolebat. Pari ratione iam idem emergenti
bus denuo linguis factitatum esse in confessio est. Ne
mo non ignorabat, quo nam consilio diuina sapien-
tia sineret linguas in lucem prodire, donec re com-
perta uidemus hoc Euangelij reparandi gratia fa-
ctum esse, quod adhuc reuelandum fuit, ut per hoc
Papisticæ abominationis regnum aperiret & euer-
teret. Quamobrem credimus & Græciam Turca-
rum ditioni subiugatā, quo perpassim sparsos græ-
cos & fugatos, illorum lingua disseminaretur, au-
thores nimirū futuri etiā alienas linguis perdiscēdi.

Quanto

DE INSTIT. PVERIS

Quanto igitur amore complectimur Euangelium,
tam obstinate ab interitu linguas quoq; vindicandas
esse intelligimus. Neq; enim temere est quod his dua
bus tantummodo linguis includi uoluit Deus, uetus
quidem Testamentum hebræa, Nouum uero græca.
Quas cum tanti fecerit, ut etiam easdē uerbo suo
conseruando, quo nihil sacrius, elegerit, par est &
nos illas ipsas præ oibus cæteris tractare & colere
quam poterimus honorifice. Siquidē Paulus hoc nō
prouulgari honoris autoramēto linguae hebraicæ
lactat, quod hæc diuinæ promissiones complecta-
tur, ubi dicit Roma. iii. Quid igitur habet in quo
præcellat Iudæus? aut quæ utilitas circuncisionis?
Multum per omnem modum. Nam primum quidē
illud, quod illis commissa sunt oracula Dei. Hoc idē
gloriatur rex David pia quadam iactantia Psalmo
CXLVII. Qui adnuntiat uerbum suum Iacob, iu-
sticias & iudicia sua Israel, Non fecit taliter omni
nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ex hoc
obscurum non est cur lingua Hebræa sancta dicatur,
quam Paulus ipse Roma. scribens Scripturam san-
ctam adpellare non dubitat, procul dubio non ob-
aliud, quam quod hac uerbum Dei comprehenda-
tur. Ad hunc modum ratione non dissimili & græ

LUTHERI LIBELLVS

corum lingua merito sancta dici possit, quod hæc
Nouum Testamentum Christianis exhibeat. Atque
ex hac tanquam fonte etiā in alias interpretum ope-
ra deriuatum, ipsas quoq; sanctificauerit.

Hæc eo dicta sint, ut intelligamus Euangelium
commodè nunquam retenturos esse nos, nisi fuerit lin-
guarum auxilio. Vaginariū uice sunt linguae, in qui-
bus gladius ille spiritus, nēpe Verbum Dei, tenetur
insertus. Arcæ sunt seu thecae repositoria, q̄ reposi-
tum hoc nobile x̄ēp̄i λ̄iov adseruant. Pocula sunt
quibus salubrem hanc potionem exceptam circum-
ferimus. Cellæ sunt promptuarie, ex quibus pro-
mus concionator hæc Euangelica cibaria depromit.
Atq; ut Euangelium ipsum indicat, Cophini sunt, in
quibus panes unā cum piscibus, adeoq; reliquiarū
fragmenta, ne pereant, custodiuntur. Quod si no-
bis supine stertentibus, fors dicta refutet, per inau-
riam elabantur linguae, timendum est, ne non Eu-
angelium solam amittamus, uerum cō rursum miseria-
rum uenturū nobiscum, ut qui nec latinam linguā
aut sermonem patrum recte sonare aut scribere cal-
lebunus. Cuius calamitatis horrendum Vniuersita-
tum & Monasteriorum exemplum nobis aurē uel-
lat & moneat, in quibus nedum Euangelium stre-
nue

DE INSTIT. PVERIS

nue dederunt, uerum etiam latinam & Germanorum linguam usque adeo misere corruperunt, ut homines miserandi tantum non in bestias bestialissimas degenerant, & latialis & patriæ linguae iuxta agnari. Et profecto non multum aberat quietiam communu sensu suissent priuati egregij illi linguarū & ingeniorum corruptores. Quapropter & Apostolis ipsis operæ premium uisum est, Nouum Testamentum græca lingua descriptum ad posteros transmittere, non aliam ob rationem, quam quod hoc pacto tuto & certo conseruari posse sperauerint, tanquam in arca repositum. Siquidem præuiderunt hoc fore, quod nunc euenit, ut si tantum memoria labili exceptum suisset Euangelium, quam multiplex indigesta & confusa fuit Babylon, tam sensus diuersi, opiniones discrepantes, doctrinæ repugnantes essent exorituræ in Christianismo, quibus nullo modo opprimendis facultas, aut simplices defendendi copia suisset relitta, nisi adeo certo Nouum Testamentum græca scriptum foret in promptu. Proinde dubium non est, ubi linguae non durant, nec synecram Euangeli prædicationem durare posse, quoniam postremo pessum eat.

Huius rei uero testis est longe certissimus uel

LUTHERI LIBELLUS

ipsa experientia. Nam non ita multo post Apostolorum tempora, desinētibus linguis, cœpit & paulatim frigere Euangelium, extingui fides, atq; adeo totus immutari Christianismus, donec sub Papistis & tyrannide in solidum abolita sit prioris ecclesiæ facies, & christianismi. Ex illoq; quo linguae consiluerunt, tempore, nihil egregium aut rarum aut insigne in christianitate gestum est. Verum non parum multas abominationes horrendas esse commis-
fas ob linguarum imperitiam quis est qui dubitet? Sic è diuerso recuperatae iam lingue mirabile adeo secum reuixerunt lucem, ut sanc per pauci sint qui non singulari animi capti admiratione, testetur Euā gelium non minus nobis pure & sincere annuncia-
tum esse, ac olim Apostoli primitiæ tradiderunt ecclesiæ, ac per omnia genuinam sortitum esse pu-
ritatem & nitorem. Et longe quidem purius nunc prædicari CHRISTVM quam Hieronymi sue Augustini temporibus. Atq; ut uno fasce totum complectar, Spiritus sanctus profecto non desipit anulis deliramentis occupatus. Hic tam utiles & tanti precij iudicavit, ut non semel has cælitus secum deuexerit, id quod uel solum acerrimo stimulo nostrā segniciem ex parte facere debiusset, quo has magna cum pri-

DE INSTIT. PVERIS

cum primis diligentia partas & conquisitas non
sperneremus, posteaquam denuo easdem ipse re-
uexerit.

Atqui, inquies, multi patres sanctitate insig-
nes beatorum sortiti sunt consortium, nihilo secu-
us tamen linguarum imperiti. Recte dicis. At quo
tandem & hoc referendum putas, quod non raro
& genuino scripturæ sensu intellectuq; exorbitauen-
tient? Age quoties saltem Augustinus in interpre-
tando Psalterio hallucinatus est, non minus quam
Hylarius. Immo omnes illi qui scripturam citra
linguarum accessionem interpretari conatisunt?
Quanquam in uno aut altero loco nonnunquam
recte dixerint, tamen semper in biuio consistentes
nunquam fuere certi, num hoc périnde eo loco
scripturæ uerba sonet, quo illi sua interpretatione
traxerunt. Ut hoc aut liquido exemplo firmem.
Recte sane dictum est C H R I S T U M esse Dei filiu-
um, tamen quam ridicule tandem sonabat in diuer-
siorum auribus, citata ex eo Psalmo CIX. huius
rei probandæ firmatione, Tecum principium in
die uirtutis tuae, Quum tamen eō loci lingua he-
breæ ne iota quidem dediuinitate scriptum testetur.
Porro si tam incertis & discrepantibus probatio-

LUTHERI LIBELLUS

nibus fidem nostrā tueri conabimur, fidem Christi
anorum penitus deridendam aduersarijs nostris
linguarum peritis propinabimus. Qui subinde
pertinaciore reluctance indurantur, fidem no-
stram humanum somnium, aut anile commentari
estimantes.

Quid hic aliud in culpa esse credamus, fidem
nostram sic risut expositam? quam linguarum igno-
rantiam. Aliudq; subsidium non esse nisi linguas
nosse. An non coactus fuit. D. Hieronymus Psal-
terium de integro interpretari ad hæbraicam uer-
tatem, non profecto alia motus causa, quam quod
Iudei false nostros subsannabat in disputationibus
non sic loqui scripturam, ac nostrum falso garri-
ret Psalterium affirmantes. Sed et patrum expo-
sitiones scripturam sine linguarum adminiculo uer-
santium (et si nihil prau docuerint) sunt eiusmo-
di, ut plerunq; incertæ, non aptæ, immaturæ, nō
in loco adhibitæ, non secus incertis titubantes ue-
stigijs ac cæcū qui bacillo aut pariete comite oca-
lorum utice utatur dirigendis gressibus suis, adeo ut
ereberrime à ueri textus tramite errabunt feran-
tur per deuia, affingentes scripturæ nasum cæreum
pro sua quisq; deuotio ne, quemadmodum superi-
oribus locis

DE INSTIT. PVERIS.

ori loco indicatum est, Tecum principium &c.
Id quod & Augustinus ipse confitetur ingenue, in
libris de doctrina Christiana, Doctore scilicet scri-
pturas exposituro, adprime opus esse linguarum
cognitione. Hæc fieri posse quin alias non ferē
ubiq; turpiter impingat. Cum interdum torquētur
& grauius sudandum est his, qui exactissime linga-
rias calluerint.

Propterea multum interesse, inter Conciona-
torem Euangelij simplicem, & scripturarum inter-
pretem, uel ut Paulus nominat, Prophetam, ne-
mo negabit. Concionator quidem cum tam multa
apertaq; scripture testimonia interpretum indu-
stria latine redditahabeat, quibus C HRIST V M
intelligit discitq;, & sancte uita instituta etiam an-
hos erudiat. At scripturam interpretari, tractan-
re q; seorsim more interpretū. Ad hæc certare con-
tra erroneos scripture oppugnatores, impar est
& inferior, utpote linguarum cognitione non in-
structus, qua cum primis armatura aduersus tales
pugnandū est. Eiusmodi Prophetas Christianis
summopere necessarios esse uel ipsa dictat necessa-
rias, qui scripturam tractent & exponant, qui op-
pugnandis hæreticis & fidei nostræ aduersarijs

LUTHERI LIBELLVS

potentes sint et apti. Nec satis est aut inculpare uiuere, aut recte docere. Quapropter linguas noſſe decet Christianos, quibus adeo carere nequeunt, perinde ut prophetarum scripturarumq; inter pretum carere foret grauiſſimum. Quanquam fortasse necessum non sit, singulos Christianos, aut cōcionatores tali ſpiritu propheticō præditos eſſe, ut Paulus i. Corinthiorum xij. et Eph. iij. docet. Atque hoc eſt quod à temporibus Apostolorum Scriptura tenebris adeo caliginoſis inuoluta, obscurā permanserit, ac nusquā fermē certis & immobilibus expositiōnibus enarrata intelligitur. Siquidē & sancti patres, ut dixi perſæpe hallucinati ſunt.

Cumq; linguarum fuerint imperiti, factum eſt ut frequenter pugnantibus inter ſe expositiōnibus uariant, alius ſic, aliud aliter diuinando. D. Bernhardus uir fuit magno ſpiritu, quem fermē non dubitarem omnibus qui alicuius nominis fuerunt doctoribus cum ueteribus tum recentioribus præponere, age tamen uide quām frequenter ludat cum Scriptura (quamvis ſpiritualiter) quam extra uerā uiam & ſenſum aliò ſleclit. Et hoc eſt quod Sophiste cultores Aristotelici dixerunt, Scripturam eſſe tenebricōsam, putantes uerbum Dei natura caliginofum.

DE INSTIT. PVERIS.

liginosum, adeo insueto more loqui. At non uide-
runt Sophisticæ talpæ, defectum omnem proue-
nire è linguis, quibus cognitis nihil unquam uerbo
diuino potuisse dici clarius. Qui fieri possit ut non
obsare mihi loquatur Turca, eius lingue ignaro,
quem tamen puer septē annos natus probe percepit

Quare non minus & hoc stolidum fuisse institu-
tum uidemus, quod seculi prioris Sophistæ & cæte-
ri, non nisi patrum expositionibus freti, scripturæ
intelligi posse affirmauerunt, multis commentarijs
lectis & deuoratis. Cum tamen interim conuenie-
bat perdiscendis linguis dedisse operam. Quippe
Patres linguarum parata supellectile non instruhi
nonnunquam infinita uerborum farragine explican-
do loco quopia anxie desudarunt, tamē uix multo
sudore tenui quadam coniectatuncula ducti ariolan-
tur, maxima ex parte hallucinati. Quorum uesti-
gia sectaris improvidus odio per ambages itinere
cum lōge compendiosiore linguarum diuertialo ad
hoc peruenire potuisse. Quād enim solis splendor
exuperat umbræ sublustræ caliginem, tam longo
quoq; interuallo linguae post se relinquunt omnium
patrum expositiones. Itaq; cum Christianis conue-
niat, scripture sacra exerceenda studium, nephæ

LUTHERI LIBELLUS

est & non estimandum dedecus, Christum pro prij codicis esse ignarum, tum linguam & uocem Dei nostri non callere. At intolerabilius multo est dedecus, oblatas diuinitus linguas non discere uelle. Præsertim tot stimulis incita mentisq; ultero à Deo prouocati, concessis in hoc hominibus doctis & industrijs, tum parata multipliciū libroruū copia, & quicqd huic rei promouendæ necessariū uisum est. Qua uero animi alacritate & leticia patres talem commoditatem sic oportune oblatam fuissent amplexati, si quemadmodum nos tam facilitat expedita via ducti, cum ad scripturæ sacræ tum linguarum cognitionem perueniendi facultatē habuissent. Quo studijs feruore, quam nō dicendis uigilijs, inde fessaq; laborum improbitate uix frag-
mentis potiti sunt, ubi nobis mediocri, unno penè dixerim nullo labore integri panis uescendi copiā reliquit. Quantum uero illorum industria nostra uitupero est negligentie. Atqui potius quam graui censura olim multabit nostrā socordiam et in gratitudinem diuinum iudicium.

Huc pertinet & illud quod Paulus i. Corinth. xiiij. uult in Christianismo omnes dijudicari doctrinas, ad quod omnium primum requiritur ling-
uarum per-

DE INSTIT. PVERIS

uarū pfecta cognitio. Etenim sanē in procluī est, concionatorē aut doctorē legere biblia pro ingenij sui captu aut mediocritate, recte tamē aut perperā in dubio est, præsertim nullo presto existente censore siue iudice, à quo cōcionatoris dicta siue ut sana approbet, aut ut iproba refellat. Quod si iudicandas esse doctrinas cōtendit Paulus, linguarū censura fiat necesse est, sine qua luditur opera. Ceterū quis fides & Euangelium etiā à mediocriter eruditis cōcionatoribus et ἀγλωσίς prædicari poterit, tamē uidemus quā frigide et segniter his concionādi munus succedat, fitq; nō secus Euangelium taliū cōcionatorū uicio, nausea, ac crābe bis recocta, ut habet puerbiū. Verū ubi Euangeliſtæ sunt linguis inſtructi, hic demū uigēt & uiuit uniuersa. Hic solerti idagine ē scripturæ penetralib. abstrusa fides eruuntur, recēti subinde uerbo & opere, adeo ut Psal. xxviii. hoc in literis sacris studium affidue uentioni assimilet, inquiens, Vox domini præparantis ceruos, et reuelabit cōdensa. & Psal. i. Arbori perpetuo uirenti, secus decursus aquarum plantatæ.

Ceterum nec graui admodum sollicitudinī arietate pectus nostrum concutiat, quod quidam spiritum tacet, paruo in discrimine scripturā ponēts.

C. viij

LUTHERI LIBELLVS

Nonnulli quoq; non secus ac Valdenses fratres ling
uas tanquam supervacaneas & inutiles negligunt.
Verum o bone, quiescas queso unā cum tuis spiritu
bus, nec efferaris. Opinor & me aliquando inter
spiritus uersatum (si tamen phas est in carne hoc mo
do gloriari) plures forsan quam adhuc in anni spa
cio illi iusuri sint, quantumvis interim in anū tactati
one efferantur, uenitantes sese. Sed & spiritū me
um iam aliqua ex parte mundo testatum exhibui, cū
illorum interim in angulis piscibus ipsis longe muti
ores, non nisi uana arrogantia superbiant. Quan
quam & nobis obscurum non est spiritu Dei omnia
prorsus fieri, tamen nisi suppetias mihi tulissent lin
gue, per hoc quod literarum sacrarum certo &
infallibili me constabilissim intellectu, sane priore
in salebra misero mihi cum inimicis Euangeliū etiam
num hærendum foret. Potuisse & ego horum ex
emplo probus in tranquillo silentio mussando de
cuisse Euangelium, abominationem tamen Papistia
cam, & impiam Sophistarum tyrannidem, unā cū
toto Antichristianorū perditissimorū imperio non
profligasse, traducta per orbem pessimorū homin
impietate. Diabolo non tam curae est spiritus meus
ac linguae & in scripturis calamus, cum spiritu meo
nihil

DE INSTIT. PVERIS.

nihil illi auferatur. Porro Scriptura sancta iurgen-
te & linguis prementibus, oppido in angustū sue
coguntur copiae, adeoq; regni sui, in dics non nihil
occupato, minuuntur pomeria.

Quam ob rem nec fratrum Valdensium senten-
tie, qua linguas posthabendas putant, calculū meū
adiecerim. Esto sanè quod nihil male doceant, sæ-
penumero tamē à uero Scripturæ sensu eosdē exor-
bitare necesse est. Taceo quod inermes ad propug-
nandam fidem, & errores confutandos maneant.
Ad hæc sic tenebricosa est illorum res & factio, ad
priuatam uiuendi rationem contracta, dum extra
Scripturæ morem loquuntur, ut me Heraule magnū
sit periculum, insinceram esse, aut non ita diu pu-
re duraturam. Quandoquidem res plena periculi
est, de rebus sacris, de mysterijs diuinis alijs uer-
bis aut more præterquam Scriptura solet, loqui.
Quid uerbis opus est? fortasse laudatam domiuitā
& honestam uiuere possunt, tamen cum sint lingua-
rum imperiti, enim uero cum ceteris omnibus com-
muni pressi inopia laborabunt, nimirum ea, quod
ratione incerta, nullo fundamento firmo & solido,
Scripturam exercebunt, quiq; præterea nemini pro-
desse aut communicare potrunt. Porro cum com-

LUTHERI LIBELLUS

modis ad linguarum cognitionem strata iam uia
perueniendi facultas non sit interclusa, facere tamē
pertinaciter recusant, quo pacto huius negligen-
tiae Deo ratio reddenda sit, ipsi uiderint.

Hactenus haec de linguarum scholarumq; utili
necessitate dicta sint, quantum ad spirituale attinet
negocium & animarum salutem, restant pari nunc
opera consideranda & externa T&e Toū σόματος.
Ut si maxime calū non esset, nec animæ immortalit
as & inferi saltē commentitia hominū fabula, tan
cumq; regnum secundum mundi faciem tempora-
neum curandum foret, an non & hoc non minus
sanas scholas, & uiros singulari industria, uirtute
eruditioē præditos necessario requireret, quam
spirituale. Cuius curandi hactenus usque adeo so-
phistas sollicitudo non cepit, & schole in totum
religiosorum conditioni conseruandæ caussa erant
extructæ, ut summo etiā probri loco obijceretur,
si quis ex literatis ducta uxorcula ad reipubl. com-
munionem defrasset, Ridiculas illorū uoces per-
ferre coactus, ecce hic inquietes, repudiatis literis
conditioneq; religiosorum abdicata, mundo se de-
uouet, perm de ac si Deo religiosa illorum uiuen-
di scita tantum probaretur, & secularis illa (ut
uocant

DE INSTIT. PVERIS

uocant) impia & diabolo mancipata foret. Cum tamen interim ipsi uice uersa perditissima hypocrisia sua, & sectis abominandis Plutonis regnum turmatim subeant, seruata interim misera uulgi multitudine, quæ (ueluti in exilio babylonico Israeliteis accidisse legimus) sola in patria remansit, inq; ue ro uiuendi statu perdurauit, magnatibus saltē unā cum simulata hypocriti & sanctitate fucata Babyloniam perductis.

Porro magistratum ordinationes esse diuinatus institutas, non est hic narrandi locus, præfertum cum in alijs libellis hac de re toties à me disputatum sit, ut plane confidan hoc nemini non certe persuasum esse. Illud longe magis hic tractandum opinor, qua ratione parandi sint uiri doctri, non tam uirtute quam rerum prudentia speciati omnibus rebus obcundis accommodi. Atq; hic magnanos afficiunt ignominia gentiles secundorum retro actorum, potissimum tamen R. O. MANI & Græci, qui, quamvis ignorabant planissime num hic uiuendi status Deosuerit acceptus, nec ne, tanta tamen diligentia curauerunt liberos suos honestissime educatos, liberalibus disceptinis sic imbui, ut me hæc cogitante Christiagorū.

LUTHERI LIBELLUS

summopere pigrat & pudeat, Germanorum in primis, qui tam sunt ferino ingenio, ut quos nihil pudeat dicere. Quorsum scholæ si religiosum non licet fieri cum tamen æquissimum fuerat, adeoq; nosse oportebat, quam res sit necessaria multique momenti, quamq; grata Deo, si princeps, dominus aut vir consularis, cui imperij habenæ moderan dæ sint, doctus sit, peritus sit, ad pie & æque Rei pub. conditionem administrandam.

Quod si nunc eadem quæ corporis foret sors ani mæ scholarumq; et linguarum usus ad Scripturam intelligendam videretur non necessarius, tamen uel hec una euinceret ratio, optimas scholas de integrō erigendas esse ex æquo pro masculis proq; puellis instituendis, quo mundus ad conseruandam Reipub. tranquillitatem habeat viros & mulieres iuxta pe ritos. Viros quidem, ut imperij gubernacula recte moderando domi forisq; exerceant. Porro mulieres rerum domesticarum studiosas edacent liberos, recte carent familiam. Iam uero non nisi è iuuenibus tales nasci viros, eq; puellis mulieres oriri eiusmodi uerisimile est. Propterea impendendam esse operam intelligitis, quo pari solertia cum iuuenes tum puella liberaliter educati instituantur optime. Det dum est

DE INSTIT. PVERIS

Etum est autem paulo superius, confusam uulgi multitudinem hæc non facere, utpote sanæ educationis imperitam, nec uelle, ut quæ erga liberos sit ini= quior, aut posse, nempe quæ alijs negocijs detenta sit. Principum hoc erat officium, uerum non relinquitur illis tantum ocij, quod uchialorum uecte one sint occupati, aut uenatione quotidiana, mox poulis, paulo post agendo personatu. Ut nunquā non grauissimis negocijs detinentur impliciti, cellæ uinariae, culinæ, cubitali curandi, aut scorto exercēdo. Et si forte sint ex principibus qui hæc non illibenter facienda curarent, alios tamen deuitare co= guntur, nedum hæc conari tentant, stulti aut hære tici reprehensionem incurvant. Propterea uobis Se natoribus hoc incubit negotij, quibus quam occu patis, si Dijs placet, principibus uacat prolixius.

Sed inquis, Cuiq; liberum est suos filios natasq; docere domestica disciplina educatos. Respondeo, Apparet quidem institutionis & educations in libe ris parentum diligentia. Quæ si summa fuerit, tamen non aliud educationis fructum product, quæ quod per vim extorta quedam adsit morum ciuili= tas & elegantia. Cætrum nihil secius mente inulta μήτε γειν, μήτε γεάμμα τα didicerunt,

LUTHERI LIBELLUS

nec consiliis locū nec auxiliis copiā habentes. Verū si institueretur aut domestice priuatim , aut in scho-
lis publicis , sub doctorum uirorum honestarumq;
matronarū imperio & ferula , qui ex linguis &
ceteras disciplinas liberales cottidiana p̄electiōe
meditantur, fieri pos̄it, ut audirent ex historijs re-
rum gestarum dicta ac facta totius orbis , ut huic
urbi , huic regno , principi , uiro priuato , aut mil-
lieri tandem hoc aut illud consilium suce esset .
Planeq; possint breui tempore totius ab initio mun-
di conditionem , uitam , mores , consuetudinem ,
consilia , strategemata , successum rei saluæ & per-
ditæ tanquam in speculo contemplari. Ex quo sen-
sus lubrici ratione firmata , sapienter uitæ cursum
in hoc labentis mundi curriculo , Deum reveriti ,
instituere queant . Sed & hoc pr̄staret illis fre-
quens historiarum lectio , ut solertes & industrii
perspectum haberent , quid fugiendum , quidq;
amplectendum esset in hac externa uitæ conuersa-
tione , atq; per hoc alijs quoq; auxiliari & consu-
lere ad hunc modum possent . Disciplina uero
institutionis & educationis domesticæ , dum de-
num sapientes nos reddet , ubi sero tò p̄exerit

DE INSTIT. PVERIS

vitio intelligere ceperimus. Cum tamen nos interim re nondum comperta mortui compunctionis, tota uita improuide transacta. Quippe ad experientiam domi faciendam, multo opus est tempore.

Quapropter cum etas haec iuuenilis, quieta non est, & necessario commercijs puerilibus tenetur, aut lusitando, aut saltando, aut quoconque tandem sua uoluptate ducta, lusus genere detineatur. Atq; illi in his nemo reluctandū putat, neq; consultum, si quis per omnia reluctaretur. Cur igitur non tales potius erigimus scholas, propositis huiusmodi studijs, ex quibus non minorem appetere possit uoluptatem, quam si dies totas lusitandas nucibus conterat. Posteaquam eò nobiscum felicitatis uentum est, ut pueri non nisi lusu quodam perpetuo & alacritate summa discere possint, sive malis linguis, aut alias disciplinas & que liberales, aut deniq; historias, Neq; enim ultra Ludiliterarij pistrina sunt aut carnificinæ quædam, in quibus olim misere nugamentis Casualium & Temporalium excarnificati ferulis, uirgis, lorisq; consciunt debantur. In quibus plus quam nihil docebant,

LUTHERI LIBELLUS

nos puerorum carnifices, per tot flagra, trepidationes, exanumationes & angustias. Quod si tantum insumitur temporis ad pueros chartis lusorijs, cantilenis, ductandis choreis edocendos, quur nō potius aequa tantum insumimus eosdem literis instituēndis, id quod honestius sic utilius quoq; esset, dum adhuc in pubertate cōstituti, ociosi sunt, & ad omnia percipienda promptiores magisq; industrii. Pro me loquor, Quod si mihi unquam forēt liberi, facultas suppeteret, nedum in linguis aut historijs instituendos, uerum etiam ne musices quidem et totius mathematicae rudes essent, curarē. Quippe ista omnia quid aliud tandem sunt, quam delectamenta quædam puerilia, quibus græci suos liberos statim à lecto submotos educauerūt. Quæ causa fuit quod postea miranda dexteritate homines adultiore iam etate nulli rei non obeundæ euerunt Græci. Imò quantanunc ducor penitentia, ob non plures & poëtas & historiographos à me lectos, aq; nemine mihi traditos. Quorum loco stultorum philosophorum inanes nugas, & Sophisticam barbariem immensis & uigilijs & laboribus nec minore ingenij dispendio, præciosissimæq; temporis iactura discere cogebat, quam seccem nec

DE INSTIT. PVERIS

em nec hodie prorsus exhaust.

Porro inquis, nemo liberorum suorum opera
commode carere potest, aut deniq; omnes educare
ad ociosorum hominum delicias? Rei domesticæ
illas inservire necesse est &c. Respondeo, nec sic
me animatum esse, ut tales erigantur schole quales
fuerunt hactenus, in quibus puer Donato perdis-
cendo, aut frigidissimis Alexandri uersiculis me-
moria complectendis plus uiginti annos perdidit,
ne pilo quidem doctior, Felicius est nunc secu-
lum, & longe alter res ac olim agitur. Mea sen-
tentia est, ut pueri horam unam aut alteram indi-
ces uisitandis scholis impendant, nihil secus quod
relicuum est temporis rei familiari curande tribu-
ant, opificia manuaria perdiscant, & quoq;
uocentur apti, quo ex aequo utraq; simul, dum iu-
uentus adhuc pubescit, & ociu[m] suppetit, curen-
tur. Sane alijs exercicijs aut lusibus globoru[m], pilæ,
cursus longe plus temporis peius perdunt.

Sic quoque puellæ procul dubio tantu[m] suppetit
ocij, quo per dies singulos scholas adeat, saltē
ad unius horulæ spacium, & tamen nihilominus
negocia domi obeunda strenue reddat effecta.
Cum certum sit ductandis chorais, aut sertis con-

D

LUTHERI LIBELLUS

cinandis eandem plures horas longe peius loare? Hoc unum deesse video, neminem alacritate & serio impelli ad honeste educandam uiuentutem, ornamenti hominibus industrijs iuuandum. Diabolo longe gratissimi sunt homines marmorei, statuae & tantum fruges consummere nati, non ob aliud profecto, quam quod ante pessime rebus humanis consultum esse cupiat. De quibus uero spem aliam concepisemus, spectata ingenij indole, insummos olim viros euasuros, cum ad concionandum Euangelium, ceteraque ministranda ecclesie sacramenta, hos par est prolixius uel in totum huic rei consecratos incumberet. Par ratione de pueris sentiendum esse opinor. Quemadmodum legimus sanctos aliquot Martyres, Agnetem scilicet, Agatham, Luciam, & similes quasdam fuisse institutas. Vnde Monasteria et cetera monasteria sumpsisse originem appetit, quae nunc prorsus in execrabilem uiuendi conditionem mutata sunt. Sed et maiorem in modum operae preium esse uidetur, praesertim sic decrescente raso rū porcorum multitudine, quae ad docendum apta non est, ut poterit rudissima pecora, telluris, quod aiunt, inutilia pondera, sic abdomini nata, ut quæ nihil perinde ac uentrena

DE INSTIT. PVERIS.

ac uentrem gulæ indulgentia curare nouerunt. Id quod adeo solum quasi per manus ure hæreditario à maioribus suis tradita egregie didicerunt mordaces tenentes. Veruntamen eos, qui sacramenta subministrent, qui officio Verbi præsent, inq; populo Christiano pastores agant, uel ipsa postulat habere necessitas. Vnde uero talium par andorum dabitur copia, si scholis aboletis, alios Christianus educare neglexrimus. Quandoquidem scholæ quales fuere hactenus institutæ, ut maxime non corruant, nihil tamè præstare possunt aliud, quam & perditos & perniciosos seductores.

Quamobrem summe opus esse uidetis, non solum iuuentutis gratia, uerum etiam ad sustendam utriusq; & spiritualis & secularis conditionis communionē, hanc rem mature & serio confici. Nedū primum uelimus, ubi re neglecta integrum non sit, nosq; perpetuo amissæ occasionis οχεισος ή μετάνοια maximo malo accepto excruciet. Siquidem abunde que ad hanc rem necessaria sunt plena manu Deus Opt. Max. uere Λωτηρέας largitus est. Quæ si in gratitudine nostra neglecta fuerint, tulumus iam una cum populo Israelitico

LUTHERI LIBELLVS

portionem nostram, quemadmodum inquit Esaias
Tota die expandi manus meas ad populum non
credentem & contradicentem. Et proverbiorum
i. Extendi manum meam & non fuit qui afficeret.
Despexitis omne consilium meum, & increpa-
tiones meas neglexistis. Ego quoq; in interitu ue-
stro ridebo, & subsannabo cum uobis id, quod te-
mebatis aduenerit. Hoc summa cura præcauen-
dum esse censco. Vel uobis exemplo sit rex Solo-
mon, qui qualem in hac re præstiterit diligentiam
hoc saltem satis superq; testatum reddit, quod per
cætera negotia regia quibus detinebatur occupati-
simus, successuis horis etiam librum pro informan-
da iuuentute conscripserit, numirum proverbio-
rum. Sed & CHRISTVS ipse quam obuia &
exposita humanitate ad se allicit paruulos? Quam
accurata commendatione eosdem fidei nostræ com-
mendat, uel angelos illorum custodes esse lactans
Matth. xvij. Cuius equidem in paruulos studium
non aliò spectat, quam quod indicet, quam gra-
tum sibi præstetur obsequium dum recte institutam
iuuentutem pari educationis officio curamus: è di-
uerso quam irascatur implacabiliter, si paruulis su-
mus offendiculo eosq; perdimus.

Proinde

D E I N S T I T . P V E R I S .

Proinde Germani charissimi, date operam ut
hoc opus uobis sit cordi, quod tantopere à uobis
requirit Deus, quod pro officio uestro debetis
reipub. quodq; iuuentui necessarium est, quoq;
nec diuina nec humana citra dispendum non uul-
gare carere possunt. Iam dudum plus satis in tene-
brosa imperitiae caligine uersati computruimus.
Plus satis hactenus cessatum est. Iam diu & plus
quam conuenit nomini Germanico, Teutonicæ be-
stie fuius. Agre porro tandem expurgimini ra-
tione utentes, quo palam fiat & Deo ob recepta
bona animi nostri gratitudo, tum populi nobis
uicini liquido uideat, & nos sero quamvis à bestia
litate Germanis opprobrita degenerasse, esseq; ho-
mines, qui quod utile est uel ab alijs accipere non
grauantur, aut altos nō grauatum docere & uelint
& possint. Quo per hoc & à uobis commoditas
quæplam ad mūdum perueniat. Quod ad me atti-
net meum mihi uideor pensum absoluisse. CHRIS-
TV M testor ex animo me Germanicæ nostræ cu-
pere prospectum consultissime. Quamvis nōnullè
fortasse me sic animatum contempturi sint, consi-
lium meum tam salubre surda aure uentorum tur-
binibus mandādo, melioraq; noſſe uelint, id quod

LUTHERI LIBELLVS

nihil moratus facile concedam, Atq; haud obscurum mihi est, hæc per alios dexteriore industria effecta reddi potuisse, ueruntamen illis tacentibus pro mea uirili, nō quo debui, sed quo potu Marte perfeci. Quando quidem longe melius est super re quæplam loqui quam intumuis rustice, quam in totum presso ore Harpocratem agere. In amplam uero spem adductus plane confido, Deum aliquot ex nobis spiritu suo excitaturum, ne prorsus consilium meum ut fculnum exponatur contemptui, spectatores non cum qui dixerit, uerum num rectum an iniquum sit quod dictum est, ipsa causa cōmotos.

Postremo & hoc recto iudicio considerandum uenit omnibus, qui hoc sunt animo, quicq; amore linguarum & scholarum erigendarum correpti, cogitant linguas in Germaniam inuectas detinere, ne studij aut impensarum parsimonia abserriti ac ueluti clavo repulsi, negligant, quo minus sunt Bibliothecæ omni librorum genere instructæ, præcipue in urbibus populosioribus, quibus in promptu est unde parare possint. Nam si Euangelium & quicquid reliquum est artuum & disciplinarum libralium ab interitu uindicandum esse contendimus, certe

DE INSTIT. PVERIS

mus, certe librorum auxilio hoc fieri necesse est. Veluti Prophetas & Apostolos ipsos paulo superius fecisse indicatum est. Et hoc non ideo tantum, quo his quorum nobis praesesse interest, cum in Reipubl. administranda tum rebus sacris, legendi & studiandi copia sit, uerum etiam ut hac ratione conseruetur boni quicq; libri, una cum disciplinis & linguis, quas affatim hoc temporis diuinitus datas habet Germania. Quia in re diuum quoq; Paulum impigrum fuisse in confessio est, tum Timotheo mandat lectionis indefessae studium, ac mox in epistola secunda, de membranis Troade relatis.

Atqui & hoc curæ fuit omnibus regibus, qui regiae maiestati parem quoq; uitam respondere uoluerunt. Potissimum uero populo Israelitico, in quo Moses adeo primus librum legis in arcam foederis inclusum in manum leuitarum adseruandum tradiderat, hac nimirum ratione, ut apud hos, si quis cogeret describendi facultas esset relicta, ut ipsi quoq; Regi mandet eius libri descriptionem à leuitis accipiendi curam. Vnde clare liquet Deum tribum leuitarum preter alia negocia etiā ad libros conservandos curādosq; elegisse. Post hunc auxit hāc bib

D iij

LUTHERI LIBELLUS

bibliotecam Iosue, hinc Samuel, deinde David, post Solomon, mox Esaias, ac deinceps ex ordine multo plures reges & prophetæ. Hoc pacto incrementum sumperunt sacræ literæ, quæ altis in perpetuum nunquam collectæ perdurassent, nisi cōseruare singulari diligentia Deus demandasset.

Quo exemplo inducti Conuentus & Monasteria olim librarias & ipsi instruxerunt, quamuis libris non nimium bonis. Quantum uero damnum dederit aut malum, quod eo tempore ubi & per doctorum uarorum copiam, & probatorum librorum licebat multitudinem, bibliotecas non extruxerint, senserūt dubio procul posteri. Adeo ut temporis progressu disciplinæ liberales pessum terint funditus, linguaeque cessarint. Inq; locum classicorum scriptorum subierint uanissimi perniciosissimiq; indoctissimorum Monachorū libri, Catholicon, Florista, Græcista, abyrinthus, Dormissecur, Discipulus, atq; id genus asinini stercorearij à malo genio mueret. Quo succedente latina lingua ē Germaniae finibus pulsæ est, nec uspiam locorum sanæ scholæ aut recta studia remanserunt. Et quemadmodum cōperimus coram oculis intuentes, quam immensis laboribus cum lingue tum artes reliquæ

DE INSTIT. PVERIS

tes reliquæ ex uetus torum codicu[m] saltem fragmen[tis] quibusdam sunt erutæ, eq[ue] pulueribus situ & ca[r]ie assertæ, atq[ue] adhuc indies citra intermissionem eruuntur, non secus ac ex euersæ urbis fauillis, & cinere eruuntur the[re]auri obruti, & quicquid rerū est preciosarum.

Quā rem merito nobis accidisse opinor, namq[ue] Deus grauiore pœna magnitudinis nostræ uitium retaliare non potuisset. poste aquā benefacta eius ingrata habuimus atq[ue] irrita, non reponentes ea quæ ad manum necessitate exigente parata forent, librorum supellectilia, quo tempore non tam libri eruditi quām homines literati abundabant, non aliter negligentes ac rem à nobis longe lateq[ue] dilenam. Hinc est quod classicorum scriptorum libris ademptis, Aristotelem nobis migratis obtrusit, unā cum immenso perditissimoru[m] librorum agmine quorum ductu subinde longius & longius à biblijs & scriptura sacra aberrauimus. Ad hæc tartares laruas, Monachos scilicet & Vniuersitatum specie[m] etra immensis opibus fundauimus, multosq[ue] Doctores arrogantes, prædictores impios, Magistros nostros, sacrificulos missarios, Monachos uentrosos, hoc est, Asinos, porcos Acarnanos

LUTHERI LIBELLUS

Chorebos, Philonides, Bliteos rubeis pileis redimitos coronauimus, perinde ut scropham torquibus aureis, aut symiam purpura, quos demum in nostram ipsorum perniciem, ac anguem letalem in domesticis parietibus, alumus. Qui nihil sanos docuere, uerum in dies magis magisq; cæcitate inuoluentes ex stultis insaniores nos reddiderūt. Cuius officij loco omnes substantias nostras deuorauerunt. Collecto interim non nisi damnosissimo rum librorum ueneno, à quibus ne angulus quidem inoccupatus remansit, quod memoratu horrendum est.

Nonne erumosa haclenius fuit calamitatis conditio, puero uiginti annos discendum fuit tantum barbarici in hoc, ut possit initiari sacris, & missis, quas uocant legere, fœlix ille ter & amplius cuius conatui successus par respondit. O terq; quaterq; fœlicem matrem quæ talem genuerat filium cum tamen infœlix & imperitus idiota per totam uitâ ΕΤΩΣΤΩΝ ΑΧΘΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ nec sibi nec alijs utilis permanserit. Huiusmodi Doctores & Magistros passim habere cogebamus, qui cum ipsi erant rudissimi, nihil rectum aut pium docere potuerunt, imò & nre rationisq; compendio se docenda &

DE INSTIT. PVERIS.

dæ et discende iuxta imperiti. Cutus tandem alpa? Aliorum librorū nulla aderat copia, quām indoctis simorum Monachorū et Sophistarū incertissimorū pecorum. Necessum itaq; fuit eos tales fieri, quales erant libri, quos didicere, hoc est rudissimos. Neq; enim imbelles ferocem producunt aquilam columbæ, et stultus non nisi stulto pater est. Hoc uero magnitudinis, ut dixi, dignam est premium, quod nulla in instituendis bibliothecis diligentia sit impensa, amissis bonis, et retentis tantum pessimi codicibus.

Porro consilium meum non est, sine delectu omnigenos libros coacervare, præter librorum multitudinem aliud spectantes nihil. Delectus habendus, nec opus est omnium Iuristarum commentarios, singulorum Theologorum sententias, cunctorumq; Philosophorum questiones, aut placita accumulare. Quin potius in totum uel cum pulu sculo hanc colluuiem ejiciendam susserim, Bibliothecamque libris qui alicuius momenti sint sanis instruendam, uiris Doctis in consilium super hac re adhibitis. Primum locum merito obtinebit Theologia, utriusque testamenti, Latina, Graeca. Hebraica item Germa

LUTHERI LIBELLUS

norum lingua descripta, aut si etiā in plures eſet
tralata. Secundum uero optimi quiq; interpre-
tes latini, græci, hebrei, ubiq; illorum paran-
di obiecta fuerit copia. Deinde libros eiusmodi qui
per discendis linguis sunt apti, ueluti poëtæ, orato-
res, nihil curantes siue gentiles fuerint siue Chri-
ſiani, siquidem ex his discenda est grammatica.
Post libri liberalium disciplinarum & cæterarum
artium. Postremum etiam iuris prudentiæ & me-
dicinæ libri. Quamuis & hic inter commentarios
delectus non est posthabendus.

Potissimum uero primas obtainere debent in bib-
liothece partes, annales, chronica & historiæ qua-
cunq; lingua ad posteros transmissæ. Illæ enim per-
utiles & ad cognoscendum mundi cursum, & ad
administranda reipub. munia. Ad hæc opera &
miracula Dei clare ob oculos uidenda obijciunt.
Quot enim pulcherrima apophthegmata, aut scite
dicta, nec facinora minus egregia putas iam reperi-
ri posse in Germania, quorum nunc nulla extat
memoria. Ratio est, nemo erat qui hæc literis
prodita posteritati tradidisset. Tum si maxime
scripta fuissent, nemo libros adseruandos cura-
set. Hinc nihil memorabile aut fama dignum de
germanis

DE INSTIT. PVERIS

Germanis extat apud exteris, nisi quod ab omnibus habeamur bestie, nullius rei periciores quam belli, & infandæ helluationis. At qui Græci Latini & Hebræi quanto studio uel examinissim sua mandauerunt literis, adeo, ut si muliercula quæpiam aut puer aliquid insigniter dixerit, hoc æditis libris per totum orbem inuulgatum nemo non legit. Interim nos ne pilo quidem immutati perduramus Germani non nisi crassissimi.

Cum autem id ætatis Deus Opt. Maximus nos copiose & eruditorum librorum & doctorum uirorum copia donauerit, tempus esse opinor me tendi & optima pro urili reponendi. Quo per hoc thesauros habeamus reconditos, in hocq; anno iubileo collectos futuræ sterilitati necessarios adseruemus, tanta messe tam fertili & fœcunda non negligenter præterita. Siquidem tuncdem est iamq; uidemus ante pedes, ne subinde nouis libellis excisis, id quod haud dubie diabolicae technæ altera pars est, amittamus bonos & uetus codices, per officinas librarias in lucem modo æditos, remanentibus inutilibus, quibus iam omnes angulos uidemus esse refertos. Hoc inquā molitur dia bolus, ut denuo amplexis libris improbis cuiusmodi

LUTHERI LIBELLVS

sunt Catholicon, Florista, Græcista, atq; id generis
reliquis, perpetuæ carnificinæ expositi cruciemur
more prisco, semper studentes, nunquam tamen
ad ueram scientiam peruenientes.

Quapropter obtestor uos GERMANI consi-
lium hoc fidei erga nos mea benigne amplecti dig-
nemini, non in frugiferum olim cum uobis tum
Reipubl. uestre futurum. Quod si non deerint, à
quibus leuioris momenti Cares quispiam habeat,
quām ut meo obtemperare uelint consilio, aut me
ceu à Tyrannis proscriptum contemnendum esse
contendant, saltem hoc illi nullo animi morbo per-
pendant uelim, me non priuatum commodum, ue-
rum totius Germaniae salutem & fortunam quere-
re. Tum si maxime stultus forem, tamen id quod
consultū foret loquerer, profecto nulli ex sapienti-
bus hoc uicio aut dedecori datū iri putarum, si mi-
hi bone monenti obsequatur. Aut si uoles finge me
Turcam esse, aut quovis gentili deteriorem, tamen
cum palam sit nihil inde commodi ad me perma-
nare, uerum ad Christianos omnes, me hercule
opinor prorsus consilium nostrum ab his merito
sperni non posse. Quippe & alias non raro stul-
tus holitor oportuniora loquutus est, quām mul-
torum sapien-

DE INSTIT. PVERIS

corum sapientum senatus. Quid quod & Moses à
Ietrhone se erudiri non difficulter passus est? Quia
propter quod reliquum est commendo uos gratiae
Dei, à qua corda uestra sic emolliantur & in flam-
mentur, quo ad uiuentem desertam & inopem
curandam propensiores sitis, & ex animo ac ses-
rio affecti. Atq; auxiliante C HRISTO illi odium
sitio potiora consultantes ad salutaria Chri-
stianaq; communis Germaniae gubernacula, cum
anime tum corporis in omni libertate & plenitu-
dine, ad laudem & Gloriam Patris, per I E S V M
C HRISTV M Seruatorem nostrum. Amen.

Haganoæ ex Officina
Iohan. Secerij

2000 456

17.975 .C472 M25 G

OCN 974175175

8103 - 6.

Mr. Knobell. L. d 4. 3, & P 4. 3.
Mr. Carter. 05-4

Verum capitulo
estima cor in
excepit enim
admodum.

at primis
miseris. non
ante tempore
ni. in his y
net ita se
tum cuique
tue corre
bucere. O
empti sui
ap. primis
is inquit
ecce ut al
tespicere d
tum. meo
abbi et fratrib
xore sed ei
dusibus ac
rectissima
statim ne
cuique q. su
goen. epit
ctione ac
maristi ut
maristum
ubin exti
bandus p
ducens q.
randa nec

En

llo officiatis. quae
us et primum legi s
piss ec. sc̄e clericis lib
indulsiſſe. q̄ ea in
uifuit libertatis. qd
p̄fſcipſiſſe libertate
mis indulſtam. nūc.
abi ſup hoc ſilen
tis phoe aū mul
ti uicium deuaga
te hinc n̄ cognovimus.
anno libtate ap̄de
indulſtam maristi
profefſionis q. ē cēn
onasti teānum n̄ te
tis uictib; deuaga
tis primilia n̄ fier
In ceteris aū latam
lib; ſententiā p̄ colu
ram. **I**de ep̄o; ma
gno. b. lemoine.
utis nauigiacen.
minor decocena et
p̄ curato; mona
q̄ cum detinas
qui qui ete poſſede

silencio
et sine reponi
vili impendo
s epis aliq
tur. **N**os
t audiatis. et
piscatio sua
meni cenob
tamq abepi
fus examp
ctum. rute
cepó resuati
int exemp
muis subia
odo eius deb
i post vigo
quocq mibn
s tenetur
cumentam
qui b; vigo
abitis debet
nsen. epo.
in utrum
s ptechois
psone sue
is reb; sub
e declarant.
int oratione

This image shows a vertical strip from a traditional manuscript. At the top, there are two large, ornate letters: a blue and red 'Qaf' on the left and a red 'Aleph' on the right. Below these are several smaller, handwritten characters in a dark brown ink, arranged in a single column.

u
p
e
m
m
la
m
tio
ca
po
ro
e
re
ic
ch
ch
2

